Bayerische StaatsBibliothek
Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Fritsch, Ahasver,

I. N. J. Ahasveri Fritschi[i] Famulus Peccans, Sive Tractatus De Peccatis Famulorum

Norimbergae 1685

Diss. 65#Beibd.2
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10839741-7
VD17 12:102523F

I. N. J.

AHASVERI FRITSCHI FAMULUS PECCANS,
Sive
TRACTATUS *De* PECCATIS FAMULORUM.

NORIMBERGÆ,
Apud WOLFGANGUM MAURITIUM ENDTERUM.
Anno M DC LXXXV.

lio
a-
os
ex-
tis
n

I. N. J.

AHASVERI FRITSCHI FAMULUS PECCANS, *Sive* TRACTATUS *De* PECCATIS FAMULORUM.

NORIMBERGÆ,

Apud WOLFGANGUM MAURITIUM ENDTERUM.

Anno M DC LXXXV.

INDEX CONCLUSIONUM.

CONCLUSIO I.

Peccat Famulus, qui preces negligit, conciones non frequentat, Deumq́ piè colit.

CONCLUSIO II.

Peccat Famulus, qui pro Domino suo ejusq́ salute Deum non orat.

CONCLUSIO III.

Peccat Famulus, qui Domino suo debitum honorem, & reverentiam non exhibet.

CONCLUSIO IV.

Peccat Famulus, qui Dominum ſuum calumniatur.

CONCLUSIO V.

Peccat Famulus, qui per ſcelera & flagitia domum & familiam Domini infamat.

CONCLUSIO VI.

Peccat Famulus, qui clàm Domino aliquid ſurripit.

CONCLUSIO VII.

Peccat Famulus, qui domeſtica damna non præcavere, vel avertere ſtudet.

CONCLUSIO VIII.

Peccat Famulus, qui magis ſuum proprium, quàm Domini commodum quærit.

CONCLUSIO IX.

Peccat Famulus, qui huc illuc otioſè vagatur, pravis hominibus ſeſe adſociat, aut ſeſe inebriat.

CONCLUSIO X.

Peccat Famulus, qui Domini ſui objurgationem, caſtigationem & emendationem indignè fert.

CONCLUSIO XI.

Peccat Famulus, qui dicto Domini in justis & licitis rebus non obedit.

CONCLUSIO XII.

Peccat Famulus, qui impia Domini mandata exequitur.

CONCLUSIO XIII.

Peccat Famulus, qui cum domesticis rixatur.

CONCLUSIO XIV.

Peccat Famulus, qui Domino suo mentitur,

CONCLUSIO XV.

Peccat Famulus, qui victu illo, qui ex usu & consuetudine loci, ei debetur, non vult contentus esse.

CONCLUSIO XVI.

Peccat Famulus, qui Domino suo non indicat, quæ impiè aut inhonestè in domo fieri videt.

CONCLUSIO XVII.

Peccat Famulus, qui Dominum suum prodit.

CONCLUSIO XVIII.

Peccat Famulus, qui Dominum ſuum, in periculo conſtitutum, cùm poſſit, non liberat, nec eum defendit.

CONCLUSIO XIX.

Peccat Famulus, qui iniquam & juſtô majorem mercedem poſtulat, vel à Domino extorquet.

CONCLUSIO XX.

Peccat Famulus, qui quod Domino ſuo in adminiſtratione familiæ utilis ſit, ac feliciter negotia expediat, ſuperbit,

ac Domino & domesticis insultat.

CONCLUSIO XXI.

Peccat Famulus, qui quæ audit & videt in domo, eblaterat & propalat.

CONCLUSIO XXII.

Peccat Famulus, qui munera, vel Eleemosynas, quas pauperibus erogare debet, pro se retinet.

CONCLUSIO XXIII.

Peccat Famulus, qui ante finitum tempus ex famulitio malitiosè discedit.

CONCLUSIO XXIV.

Peccat Famulus, qui tempore peſtis, aut morbi contagioſi, Dominum ſuum deſerit.

CONCLUSIO XXV.

Peccat Famulus, qui ſemel ſuſceptum famulitium temerè renunciat.

CONCLUSIO XXVI.

Peccat Famulus, (ſervus, ancilla) qui ignavum otium pro famulitio eligit.

I. N. J.

TRACTATUS
De
PECCATIS FAMULORUM.

CONCLUSIO I.

Peccat Famulus, qui preces negligit, conciones non frequentat, Deumq́ piè colit.

PRæcipua virtus, ut in omni hominum genere, ita etiam in famulis eſt, Pietas, & timor Domini. Ubi Pietas non ficta, ſed ſincera eſt in famulo, per eum Dominus benedictionem in domo ſua ſperare poteſt. Exemplum eſt pius *Joſephus*, qui in

domo Potiphari Eunuchi cuncta prosperè agebat. *Gen. 39.* De se ipso ait David, in *Psalmo 101. ambulans in viâ immaculatâ, sic mihi ministrabit.* Luth. Ich habe gerne fromme Diener. Qui verò famuli impii sunt, qui preces publicas, vel privatas negligunt, verbum Dei nec legunt, nec in Ecclesia audiunt, è domo expellendi, ab eis enim non benedictio, sed maledictum. Vid. Meng. *Scrut. Consc. c. 7. q. 96.* Dienstboten fragen sich/ ob sie auch der Sonntages Feyer geachtet/ und abgewartet/ auf ihrer Dienst-Herren Geheiß/ Befehl/ Willen und Zulassung sich zur Kirchen gemacht/ und Gottes Wort hören und lernen wollen/ oder ob sie viel lieber Ausflucht oder Ursach gesuchet/ daß sie draussen und davon bleiben können/ ihnen etwas zu thun/ schicken und schaffen gemacht/ mit Aufwaschen/ 2c. oder wol/ wenn Herren und Frauen sie fort geschickt/ und gemeynet/ Knechte und Mägde seyn in der Kirchen/ dafür spatzieren gan-

gangen/ und unter der Predigt anders-wo ihre Lust und Zeit Vertreibung gesucht und gepflogen? Solch roh und heilloses Gesinde findet man hin und wieder/ das keine Kirche und Predigt achtet/ darum sie auch nicht gerne dienen an Ort und Enden/ da es zu heimlich und zu geistlich ist. Aber Gesinde sollen wissen/ daß ihnen das dritte Gebot so wol gelte und anstehe als Herren und Frauen/ deßwegen sie sich hierdurch schwerlich versündigen.

CONCLUSIO II.

Peccat Famulus, qui pro Domino suo ejusq; salute Deum non orat.

SAnctus Apostolus præcipit Christianis, ut pro omnium hominum tam æternâ, quàm corporali salute orent. *1. Tim. 2.* Idem Pietatis officium Famulis incumbit, si verò id negligant, ut sæpè fit, dum non pro Dominis orant, sed potiùs eis clàm

maledicunt, graviter peccant. Placet precationis formulam ex Paschalio hîc adſcribere.

Precatio Famuli.

DOmine, quia conditio ejus qui ſervitutem ſervit homini, dummodo idem ſerviat Tibi, nunquam poteſt eſſe dura, ſic me inſtitue ut imperia heri mei nunquam mihi habeam moleſtiæ. Crea in ſervili corpore animum liberalem, ingenuum & fidelem, qui accipiat charitatem heri; hæc una ſit mihi monitrix officii mei. Hæc eadem faciat me diligentem famæ ejus, ſimulq́ rei herilis tutandæ, haud aliter quàm ſi ſit mea, æq́ abſente eo, ac præſente, aut etiam rectius. Abſit metus ſervilis & pravitas ingenii. Potius qui di-

cor familiaris ejus, qui est paterfamilias, hunc animum inducam non timere sicuti Dominum, sed venerari ut altorem meum & observare sicuti rectorem vitæ meæ. Domine da ut mihi cor usq; eò sit modestè situm; ut in eum nullam sumam licentiam. Ipse itidem non me æstimet hac sorte, sed moribus: talemq; sibi habeat, ut sine ulla discessione dominii sui, admitti possim in convictum, in sermonem, quandoq; & in consilium. Hinc semper promat solatium & opem, pro meo modo, proq; meo captu. Domine, da ut ne cujus, quæ mea sit curatio sim secors & indiligens. Da mihi solertiam, da diligentiam non simulatè negotiosam, sed sinceram, occupatam, utilem; Vultum meum è vultu heri mei comparem. Neq; ei magis lu-

beat

beat imperare, quam mihi parere; quæ imperabit memor ſim ut compareant. Omnia poſtputem præ ejus commodo. Tu Domino benè verte quod agam. Fac me oſorem incogitantiæ, futilitatis, malitiæ. Nunquam me prætereat oratio. Nunquam quod aures exceperint loquacitas eliminet. Ablue manus meas, ut ſint caſtæ, perpurga oculos, ut ſint verecundi, rege linguam ut commiſſa tegere ſciat; eadem neſciat mentiri, & ſuppalpari, ſit indocilis. Nunquam quicquam ſit, quamobrem me abdam à conſpectu heri. Injuſſu ejus nihil mihi ſit cum alienis. Domine, præſta eum integrum re, fama, valetudine. Libera eum omni invidia, me contumelia. Si fortè, quod abſit, eum à recto deerrantem videro, da ut retineam ad ſalutem,

non etiam quô incumbit, impellam. Si quid ipſe inſciens commiſero, da ut properè conſiſtam & properè quicquid à me peccatum fuerit, corrigam. Malefactũ nulla diſſimulatione foveam. Nunquam quod ipſe contraxi, id ſycophantiosè faciam, ut innocenti expetat; ac ne ſubterfugia quidem circumſpiciam. Imprimis, Domine, da hero meo mentem clementem erga me; ne mihi ſit infeſtus ne mihi levia difficilè ignoſcat. Ne non malit ſuâ facilitate hinc prolectare obſequia promta & ſpontanea, quàm coacta nimiâ duritie. Mihi ipſe dein adhibeam metum comitem, ut culpâ abſtineam. In eo ſit ſpectata probitas mea. Domine, ne Diabolo ſervitutem ſerviam recipe me in famulitium Tuum.

Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, &c.

CONCLUSIO III.

Peccat Famulus, qui Domino ſuo debitum honorem, & reverentiam non exhibet.

FAmulo, ad inſtar liberti, perſona Domini ſui ſemper debet eſſe ſancta & honeſta. *l. liberto. de obſeq. parent. & patron. præſtand.* Etenim humanum eſt, ita revereri, cujus voluntate & judicio quis nunc erigitur, nunc deprimitur. *c. viſis. XVI. q. 2.* Stamm. *de ſerv. perſon. L. 21. c. 2. n. 10.* Undè Famulus à famoſis actionibus & iis, quæ fraudis & doli mentionem habent, exemplo liberti abſtinere debet. *l. 5. §. 1. & ſeqq de obſeq. par. 42. & patron. præſt.* quod tamen limitatur, ſi is propriam injuriam proſequatur. *arg. l. 10. § pen. de in jus voc.* quo caſu tamen actionem ſuam temperare, & factum eo modo, quo factum eſt, recenſere debet, ita tamen, ut ex facti narratione violen-

violentia, aut aliud quid illicitum animadverti possit, concludendo. Stamm. *d. c. n. 4.* Peccat igitur Famulus, quando Domino debitam reverentiam negat, sese extollendo, vel inverecundè contradicendo, vel opponendo, vel etiam injuriam Domino inferendo.

CONCLUSIO IV.

Peccat Famulus, qui Dominum suum calumniatur.

PErfidi reperiuntur Famuli, qui non dubitant Dominos suos apud alios calumniari, eosque in discrimen vitæ, aut famæ conjicere. Talis erat ille Ziba, qui herum suum optimum virum Mephiboseth, apud Davidem Regem sceleſtè criminabatur, & prodebat, qui tamen innocentissimus erat. *1. Sam. 16.* Tales Famuli propter calumnias suas & mendacia pœnâ plectendi. Add. Menger. *Scrut. Consc. c. 12. q. 115.* Das Gesinde

frage

frage sich / ob sie ihre Dienst-Herren und Frauen / bey andern übel angegeben / ausgemacht / und zur Banck gehauen; Sie vor geitzig / hindisch / rc. gescholten und ausgetragen? Das ist gar ein gemein und Landkündiges Laster deß Gesindes / wenn da ein baar Mägde einander auf der Gassen begegnen / so müssen sie ein Ständelein halten / und gehet darauf weidlich über Herren und Frauen / da weiß die eine diß die andere das bey ihrem Dienst / und an ihrem Haus-Herrn zu tadeln und aus zuecken / da gibt man nicht satt zu essen / da ist weit zu viel Arbeitens / Lauffens / rc. Solch Gesinde dencket nicht / daß ihnen das achte Gebot auch gegeben. Alsted. *Catech.* *p. 93.*

CONCLUSIO V.

Peccat Famulus, qui per ſcelera & flagitia domum & familiam Domini infamat.

OMnem honorem Domino Famulus debet. Hunc verò lædit, quando ſceleratè vivit, luxui, ſcortationi aliisque flagitiis deditus eſt. Et creſcit injuria ex qualitate delinquentis. *§ atrox. ubi Dd. de injur.* graviusque puniendum eſt delictum in famulo, quàm in extraneo. *l. aut facta §. 3. & ſeq. de pæn.* Stamm. *de ſerv. perſon. L. 2. c. 2. n. 3.* Grammaticus *deciſ. ult.* qui ait: Stuprum à Famulo in ædibus Domini ſui commiſſum, ob loci & perſonarum qualitatem, graviùs, quàm in extraneo vindicandum eſſe. Nemo enim negaverit famulum ſtuprando uxorem, vel filiam Domini, vel famulam domeſticam, longè graviùs peccare, quàm extraneum?

CON-

CONCLUSIO VI.

Peccat Famulus, qui clàm Domino aliquid ſurripit.

NAtura ſervorum eſt furari Julianus *in l. 13. 8. 1. ibi: furem. de caut. emt. l. pen. ibi: ſervilis ingenii nequitiam recipere C. de libertis eorumq; lib.* Undè à communiter contingentibus bonam conſequentiam eſſe dicit Plotus. *tr. de in litem jur. §. 10. n 14.* Eſt ſervus, E. fur. Stamm *de ſerv. perſ. L. 2. c. 1. n. 4.* Vid. Epiſtolam S. Pauli, *ad Philemonem.* Id tamen de famulis noſtris, qui liberi homines ſunt, & certâ mercede ſerviunt, dici nequit. Reperiuntur tamen inter famulos nonnunquam, qui clancularìis furtis dediti ſunt. Undè Mengeringius, eis hunc conſcientiæ examinandæ caſum proponit: Ob ſie untreu / diebiſch / nachgriffiſch / und partiriſch in ihrem Dienſte geweſen / Herren und Frauen das

das ihre heimlich abzwacken / und vertuschen helffen / eines und das andere unterschlagen / in Berechnungen dieselben übersetzet / oder in andere Weise wider Treu und Ehre / Recht und Gewissen gehandelt? Sanè, turpius est furtum à domesticis & famulis commissum, quàm ab extraneis, gravius id puniendum esse, ait Harprecht. *ad §. si qui n. 10. & seqq. de obligat. quæ ex delicto nasc.* In Galliâ usitatum esse testantur à Stammio allegati *d. l.* Famulum furto in Domini sui bonis commisso, licet primum, at magnum fuerit, suspendi. *arg. Genes. 40.* ex eo, quòd alium facientem ex officio Famulus prohibere, hoc ipsum admittere non debuit, *l 15 si serv. vind.*. Sed licitumne erit, res quasdam Domino furari, æquivalentes, si is ab eo nulla diligentiâ mercedem vel salarium capere possit? Ita quidem vult Bonacossa. *de serv. & fam. q. 114.* quem refert Mevius, *ad Jus Lubec, L. 3. tit. 8.*

ar

art. 9. n. 11. ſed nos minimè probamus.

CONCLUSIO VII.

Peccat Famulus, qui domeſtica damna non præcavere, vel avertere ſtudet.

MIniſtrorum atque Famulorum eſt, omnia damna, quæ Domino accidere poſſunt, quoquo modo poſſunt, præcavere, avertere, ſollen derer Herren und Frauen Schaden warnen/ und verhüten/ und deren Nutz fördern. Si verò per malitiam, vel negligentiam eorum Dominus detrimentum aliquod patiatur, id vel reſarcire, vel pœnam ſuſtinere debent. Sic quidam ſervi & ancillæ negligenter pecora Domini curant, ut ea fame macerari, & perire patiantur, quod peccatum ſanè grave eſt, Vid. Menger. *Scrutin. Conſc. c. 9. q. 52.* ubi inquit: Das Geſinde fragen ſich/

ob

ob sie das Viehe/ so sie zu warten und zu speisen befehliget sind / recht gewartet/ und ihnen ihr Futter und Nahrung gebührlich gegeben / oder ob sie solches aus Fürwitz oder Nachlässigkeit hungern und darben lassen? Solch Gesinde versündigen sich hierunter / nicht allein an ihren Herren und Frauen / in dem sie so untreu und unredlich ihre Dienste und befohlene Geschäffte verrichten / sondern sie sündigen auch respectu ipsorum animalium. Sintemal Salomo *Prov. 12.* ausdrücklich saget / der Gerechte erbarmet sich seines Viehes / aber das Hertz der Gottlosen ist unbarmhertzig. Vid. Idem *c. 11. q. 133.* Ubi agit de famulis, qui cibaria domestica corrumpi patiuntur, welche die essende Speisen verwarlosen/ und verderben lassen. O quàm rara avis hodiè Famulus, vel serva fidelis! inter centum vix unum reperias.

CONCLUSIO VIII.

Peccat Famulus, qui magis ſuum proprium, quàm Domini commodum quærit.

BOnum Famulum vocat Bonacoſſa, *in Tr. de ſerv. & famul. in proœm. & q.1.* qui vitâ & moribus eſt honeſtus, in officio ſuo induſtrius, & in Dominum ſuum benè meretur, ut in caſibus relatis *in l. 4. de bon. libert. l. 9. & l. 13. de manum. vind. l. 2. l. 4. C. quibus ex cauſſ. ſerv. pro præm. Libert. l. 3. §. 15. de Sc. Syllan.* Talis autem non eſt, qui magis ſuum, quàm Domini utilitatem quærit, quales hodiè plurimi dantur. Licet enim famuli noſtri non ampliùs ſervili conditione cenſeantur, & adinſtar liberorum hominum adquiſita ſibi retineant, ſi tamen in rebus dominicis, ad quas conducti, operentur, quidquid indè emolumenti

prove-

provenit, Dominis cedit. Peccant igitur famuli, qui in famulitio aut miniſterio domeſtico, magis proprium, quàm Dominorum commoda quærunt.

CONCLUSIO IX.

Peccat Famulus, qui huc illuc otiosè vagatur, pravis hominibus ſeſe adſociat, aut ſeſe inebriat.

VItia Famulorum multa ſunt & gravia, inter quæ etiam hæc referas: ſi Famuli otiosè vagentur, huc illuc diſcurrunt; ſi per noctem è domo maneant; ſi prava ſodalitia quærant; ſi ea abſentibus Dominis in domum introducant, cum eis edant & bibant; ſi chartis ac teſſeris ludant. Quæ Famulorum vitia non poſſunt non Domino mala & damnoſa eſſe, & quandoque rei familiaris ruinam ei adferre. Hiſce autem pec-

catis Famuli Deum, ac Dominum suum offendunt, eorum gratiâ sese indignos reddunt, pœnæque subjiciunt. Et testatur experientia, tales infideles Famulos, die ihren Herren kein gut thun wollen / tandem ad turpem mendicitatem redigi, vel propter furta, rapinas, aliaque scelera ad furcam damnari.

CONCLUSIO X.

Peccat Famulus, qui Domini sui objurgationem, castigationem & emendationem indignè fert.

Famulus in officio suo, vel famulatu suo excedens, subjectionis intuitu, Domini sui objurgationem, castigationem & emendationem patienter ferre eique minimè resistere debet. Siquidem Dominus Famulos delinquentes, quatenus modum non excedit, licitè corrigit. *l. un C. de*

de emend. serv. Herm. Stamm. *de servit. person. lib. 2. c. 2. n. 10.* eoq; ipso injuriam correctis non infert, sed jure suo utens virtutis materiam suppeditat, animique vitiis salubriter medetur. *l. 3. ubi Bald. C. de patr. pot.* adeoque ubi offensio est permissa & licita, ibi defensio prohibita censeri debet, *l. 1. ubi Dd. C. quando licet unicuiq.* Stamm. *d. l.* Peccat igitur Famulus, si indignè, & cum murmure, ut hodiè multi facere solent, objurgationem Domini, quam meruit, excipiat, castiganti sese opponit, aut castigatus aufugiat. Vid. *Gen. 16. v. 6.*

CONCLUSIO XI.

Peccat Famulus, qui dicto Domini in justis & licitis rebus non obedit.

HOnorem & obsequium Famulus Domino suo debet, quippè in

quibus maxima pars fidelitatis consistit. Si verò Famulus dicto & mandato Domini in licitis rebus audiens non sit, sed vel ei contradicat, vel negligenter commissa negotia expediat, aut dicto dominico contrarium faciat, meritò malus & infidelis servus dicitur, peccatque contra Dei verbum gravissimè, quod ei obedientiam severè injungit, ita enim ait S. Apostolus, *ad Ephes. 6. servi, obedite Dominis secundum carnem, cum timore & tremore in simplicitate cordis vestri, tanquam Christo, non ad oculum servientes, tanquam hominibus placentes, sed ut servi Christi, facientes voluntatem Dei ex animo, cum benevolentia servientes Domino, & non hominibus, scientes, quòd unusquisq;, quidquid fecerit boni, hoc recepturus sit à Domino, sive servus, sive liber.* Servus autem sciens voluntatem Domini, & non faciens eam, duplo vapulabit, ait Salvator noster. Et Famulus

mulus inobediens ante tempus finitum famulitii è domo expelli, & pro tempore futuro ſalario privari poterit. Petr. de Ubaldis. *tr. de duobus fratr. p. 11. q. 9.*

CONCLUSIO XII.

Peccat Famulus, qui impia Domini mandata exequitur.

FAmulus Domino ſuo in omnibus rebus honeſtis & licitis obedire debet, non verò in iis, quæ manifeſtè impia, ac inhoneſta ſunt, ſic enim Deo, tanquam ſupremo Domino, potiùs quàm hominibus parendum eſt. *Act. 5.* Geſinde ſind damit nicht entſchuldiget für GOtt / daß ſie etwas Böſes / und GOtt Mißfälliges fürnehmen / und verrichten auf ihrer Herren Geheiß und Befehl. Oſiand. *in 2. Reg. 1.* Propterea laudandi ſunt Regis Saulis Satellites, qui ad mandatum Regis Sacerdotes Domini, qui inno-

centes erant, interficere nolebant. Et miniſtri Pontificis Judæorum, qui Chriſtum in templo prædicantem capere accuſabant. *Joh.* 7. Rei enim turpis mandatum non eſt obligatorium. *l. 6. §. 3. l. 12. §. 11. l. 22. §. 6. mand.* Et Famulus potiùs deberet mortē oppetere, quàm malo conſentire. *c. item cum Balaam. 2. q. 7. c. ſi Dominus. & c. Julianus. 11. q. 3.* Si is verò ad juſſum Domini atrox aliquod delictum v. g. homicidium, commiſerit, ei ordinaria pœna, propter ſolum obedientiæ debitum remittenda non eſt. Thoming. *deciſ.* 56. Hœnon. *D. 2. ad tit. de J. R.* Stamm. *de ſerv. perſon. L. 2. c. 19. n. 14. & ſeqq.* In his tamen, quæ non habent atrocitatem facinoris, faciliùs ignoſcitur Famulis, ſi Dominis obtemperaverint. *l. is qui. l. 7. quod vi aut clàm.* Graviſſimè autem peccat Dominus, qui Famulo facienda jubet, quæ in ſe illicita, minimeque laudabilia ſunt.

CON-

CONCLUSIO XIII.

Peccat Famulus, qui cum domeſticis rixatur.

SI Famuli ac ſervi inter ſe rixantur, & ut nonnunquam fit, à verbis ad verbera veniunt, non poteſt non indè Dominus graves moleſtias, & incommoda in domo ſua pati. Diſcordiæ domeſticorum rem familiarem multis modis deteriorem reddere ſolent, deberent ſervi ut fratres inter ſe concorditer vivere, & alter alterius onus portare. Peccat igitur rixoſus Famulus contra fidelitatem quam Domino ſanctè promiſit, omnisque detrimenti, quod indè naſcitur, cauſſa eſt. Rectè etiam à Domino corrigitur & caſtigatur, vel planè è domo expellitur. Quid enim à rixoſo ſervo ſperandum? Vid. Menger. *Scrut. Conſc. c. 8. q. 39.* ubi ait: Das Haus-Geſinde frage ſich/ ob

sie unter und wieder einander / Gewalt und Frevel verůbet / und mit solcher ihrer Bosheit und Unart / Herren und Frauen / Unlust / Verdruß und Widerwillen verursachet und zugezogen. Denn da gibts viel beissens / neidens und keiffens / hofmeisterns / und dergleichen / da thuts immer eines dem andern zum Trotz und Verdrieß / solls gleich derer Herren und Frauen greifflicher Schaden seyn / da ist deß Holhippelns / und Versuchsschwentzens weder Maß noch Ende / dadurch wird Herren und Frauen mancher Unlust / Eyfer und Widerwill angerichtet; damit versündigen sich nun das Gesinde am 4. Gebot / in dem sie wider die Ehre / und Autorität ihrer Herren und Frauen wissentlich und freventlich handeln / und mit solcher Uppigkeit / Neid und Bosheit / derselben Respect und Ansehen / schmåhlern und schimpffieren / da gilt bey solchem Gesinde kein Rath und Verbot der Obern / kein Bitten / Einreden / Ermahnen. Solte das nicht

Unge-

Ungehorsam und Sünde wider das vierdte Gebot seyn?

CONCLUSIO XIV.

Peccat Famulus, qui Domino suo mentitur.

MEndacium in omni homine vitium est turpissimum, in Famulis ac servis frequentissimum est, ac damnosissimum. Exemplum mendacis Famuli est *Giezi*, ad quem cùm Elisæus dixisset: Undè venis Giezi? respondit: non ivit servus tuus quoquam; cùm tamen apud Syrum Naaman fuisset, & illicitè contra Domini voluntatem, munera accepisset. *4. Reg. 5.* Sed mendaces Famuli, ut ille Giezi, plerumque deprehenduntur & confunduntur. Domini Famulis suis illud Ecclesiastici fideliter inculcare debent, qui ait, (*Syr. c. 20.*) opprobrium nequam, in homine mendacium & in ore indisciplinato-

rum aſſiduè erit; potior eſt fur, quàm aſſiduitas viri mendacis, perditionem autem ambo hæreditabunt. Mores hominum mendacium ſunt ſine honore, & confuſio illorum cum ipſis ſine intermiſſione. Plerumque furari & mentiri in uno eodemq; homine reſident. Oſiander *in h. l.*

CONCLUSIO XV.

Peccat Famulus, qui victu illo, qui ex uſu & conſuetudine loci, ei debetur, non vult contentus eſſe.

HOdiè Servi & ancillæ ſæpè conſuetis cibariis contenti non ſunt, ſed meliora fercula deſiderant. Das Eſſen iſt ihnen immer nicht gut gnug. Quando autem quæritur, quis alimentorum modus eſſe debeat? Reſpondet Albericus Gentilis. *de jure belli l. 3. c. 9.* ſatis eſſe cibarii; quod à fame defendit. Alii verò boni viri arbitrio relinquunt, ut is ex conven-

ventione, inter Dominũ & Famulum initâ, & hac deficiente, ex usu & consuetudine loci, habitâ semper ratione & Domini & Famuli personarum, modum victus inveniat. Stamm. *de serv. person. lib. 2. c. 5. n. 6.* ubi adducit ordinationem politicã Imperii, *de anno 1575. tit. 25. §. 1. ibi*: Daß die Dienstboten nach jeden Landes Gelegenheit und gemeinen Nutz mit Essen und Trincken/ und anderer Belohnung angesehen werden / add. *l. sed etsi §. sufficientes de usufr. junct. l. 99. de Leg. 3.* Bonacossa *tr. de fam. & serv. q. 32.* ubi ait, quòd servi Nobilium fercula meliora habere debeant. Peccant sanè Famuli & ministri, qui victu illo, qui ex consuetudine loci eis datur, nolunt contenti esse. Vid. Menger. *Scrut. Consc. c. 11. q. 133.* ubi scribit: Dienstboten fragen sich/ ob sie ihren Herren und Frauen vergebliche Unkosten oder Schaden an Speiß und Tranck zugezogen / essende Speisen verwarloset / und verderben lassen/

oder noch wol gut und frisch Fleisch hinweg gethan / weggegeben / ja weggeworffen / oder Hunden und Katzen vorgesetzet? Welches üppigen Gesindleins gibt es viel in der Welt / in grossen Städten / und bey vornehmen Leuten. Es ist aber solcherley Muthwill und Frevel / Untreu und Büberey deß Gesindes / Verachtung / Eckel und Verschwendung der Speise / auch schwere Sünde / so GOtt hefftig zu straffen pflegt. Denn GOtt weiß sie zu seiner Zeit wol zu finden / daß sie das ihre auf keinen grünen Zweig wieder bringen können / sie müssen essen auf dem Sonntag / oder auf die höchste Feste / was sie zuvor auf den Freytag und Sonnabend nicht gemocht.

CONCLUSIO XVI.

Peccat Famulus, qui Domino ſuo non indicat, quæ impiè aut inhoneſtè in domo fieri videt.

QUemadmodum Famuli ferendi non ſunt, qui clanculum mendaciis, & calumniis domeſticos apud Dominos onerant, neque illis, quos calumniantur, in faciem ea dicere audent, quæ occultè de ipſis loquuntur: Ita reprehendendi ſunt illi, qui ratione famulitii, & ex caritate non revelant Dominis, quæ impiè, & inhoneſtè in domo fiunt, & quæ detrimentum aliquod Oeconomiæ adferunt. Oſiander *in Pſalm. 101.* ubi ait: hoc eſſe officium debitum, & pium, omniq́ue laude digniſſimum; etiamſi ſcelerati hoc falsò vocent proditionem. Si verò Famulus taceat, quæ à domeſticis impiè fieri vi-

de-

det, dominoque sincerè non aperiat, contra fidelitatem, quam ei debet, peccat. Confer Stamm. *de serv. person. L. 2. c. 14.* ubi de quæstione agit, an Famulus sciens delictum, quod alius in Dominum vult committere, deferre teneatur, & annon revelans delictum puniatur? ubi distinguit *n. 20.* an famulus delictum probare possit, annon? adducens *l. 8. C. de calumn. can. quapropter 2. q. 7.* Sanè Famulus semper tenetur ad admonitionem, daß er seinen Herrn warne / ne incautus damno afficiatur, vel opprimatur.

CONCLUSIO XVII.

Peccat Famulus, qui Dominum suum prodit.

EXtrema est impietas, & perfidia, si famulus Dominum suum hostibus prodere, & in discrimen vitæ conjicere aut tempore belli ejus pretiosa, pecunias, vestes atque alia quæ occul-

occultata sunt, militibus aperire audeat. Vid. Menger. *Scrut. Consc. c. 11. q. 47.* detestandum proditionis exemplum est *Judas*, proditor dictus, qui pecuniâ acceptâ, optimum ac fidelissimum Dominum ac Magistrum suum Jesum abjuratis ipsius hostibus prodere non dubitavit. Aliud exemplum ap. Q. Curtium occurrit alicujus ministri, qui Regem *Darium* prodidit. Hoc proditionis scelus, ut est gravissimum, ita apud omnes nationes semper exosum fuit, & meritò! Quis enim inter proditores tutus? Quæ spes salutis in domo, si Dominus serpentem in sinu fovet nescius? Ejusmodi proditorum merces aliquando in igne æterno erit.

CONCLUSIO XVIII.

Peccat Famulus, qui Dominum ſuum, in periculo conſtitutum, cùm poſſit, non liberat, nec eum defendit.

BOni Famuli officium eſt, Domino ſuo eſſe fidelem. Quapropter ſi v. g. Dominum ab alio iniquè oppreſſum eſſe videat, eum omnibus, quibus poteſt modis, contra violentiam tueri debet. Herm. Stamm. *de ſerv. perſon. L. 2. c. 2. n. 2.* ubi exempla fidelium ſervorum adducit Vid. Valerius Maximus *L. 6. c. 8.* qui de ſervo Panopionis tradit, qui cùm cognoverit, milites ad occidendum Dominum ſuum veniſſe, commutatâ cum eo veſte permutato etiam annulo, Dominum clàm poſtico emiſerit, & ſe in cubiculo & lecto Domini occidi paſſus ſit. Apud Sleidanum *L. 15.* eſt ſimile exemplum Famuli, qui

qui corpore ſuo ſuperincumbens jacentem Principem, Ducem Saxoniæ Mauritium, protegit, & tantisper Turcas ſuſtinuit, donec equites ſupervenerunt, qui Principem eriperent. Obſtringuntur autem Famuli ad amolitionem inſtantis periculi à dominorum ſuorum perſonis, non per omnia ad eum modum, quo ſervi antiqui. Nam quòd ſervus ſalutem Domini propriæ anteponere jubetur, *in l. 1. §. 28. ibi:* non debent ſaluti eorum (Dominorum) ſuam anteponere, *& §. tuliſſe, ibi:* Si corpus ſuum objiciat. *& in l. 19. ibi:* Objectum corporis. *de Sc. Syllan.* hoc in famulis noſtris non obtinet. Ultra enim Famuli obligati non ſunt, quàm ut Dominum cùm citra propriæ ſalutis, & vitæ diſcrimen poſſunt, bonâ fide defendant. Bonâ fide dico: Quia ſi Famulus armis, manu, aut clamore ad auxilium Dominum defendere poſſit, fingeret verò, non poſſe, aut ſi ſimularet & opem

ferre

ferre, & gladio oppressorem vulnerare, cùm potuisset, nihil verò effecit, officio suo functus non est, ac umbraticè, ut Zasius loquitur, *P. 1. conf. 15. n. 81.* quod fecit, pro nihilo habetur. Stamm. *de serv. person. L. 2. c. 13. n. ult.*

CONCLUSIO XIX.

Peccat Famulus, qui iniquam & justô majorem mercedem postulat, vel à Domino extorquet.

MAximæ hodiè passim audiuntur querelæ, quòd servi, Famuli, & ancillæ à Dominis suis insolitam & justô majorem servitii mercedem exigere non vereantur, undè Domini in re familiari damna gravia patiuntur. Vid. Chursächs. Gesind-Ordnung. *de anno 1651. tit. 7.* ubi dicitur: Unter andern Beschwerden / so in etlichen Jahren hero / aus angemasten

sten Muthwillen überhand genommen/ die so unser Land auch drücken / allenthalben tägliches Seufftzen und Klagen verursachen / und fast unerträglich fallen/ ist die unersättliche Steigerung deß von Knechten / Mägden und Taglöhnern / über alle Gebühr und Billigkeit erzwungenen Lohns / nicht vor die geringste zu achten / womit es auch so hoch kommen/ daß fast kein Hauswirth/ wie emsig und fleissig derselbe auch sey / seiner schweren Mühe und Sorge einigen billigen Nutz und Ergetzlichkeit erwarten kan.

CONCLUSIO XX.

Peccat Famulus, qui quòd Domino ſuo in adminiſtratione familiæ utilis ſit, ac feliciter negotia expediat, ſuperbit, ac Domino & domeſticis inſultat.

REperiuntur ſervi & Famuli, qui cùm videant, ſe fortè præ aliis domeſticis ad negotia domeſtica expedienda idoneos & felices eſſe, ſuperbiunt, alios præ ſe contemnunt, ipſique Domino verbis inverecundè inſultant. Sed hoc non eſt Domino, ut ipſi Chriſto, in ſimplicitate cordis ſervire. Peccant igitur ſervi & Famuli, qui in debitâ famulitii fide inſolentes ſunt; cùm omnia fecerint, dicere deberent, ſervi inutiles ſumus, fecimus, quod debuimus. Jam dudum conqueſtus eſt Lutherus de hac ſervorum & mercenariorum inſolen-

ſolentiâ, quando *in Poſtillâ domeſt. p. 401.* ſcribit: Ein Knecht / der ſonſt fromm iſt / ſo er arbeiten kan / wird bald ſtoltz / und läſt ſich düncken / man dürffe ſein. Ein Taglöhner deßgleichen weiß nicht / wie er ſich ſoll verwehnt gnug machen / wenn man ſein darff. Et hodiè multi patresfamilias cum damno ſuo id experiuntur, wegen jetziger wolfeilen Zeit. Vid. Meng. *Scrut. Conſc. c. 8. q. 27.* Das Geſinde frage ſich / ob ſie ihrer Gaben und Geſchicklichkeit ſich erheben / und gegen die Herren und Frauen deßwegen übermütig / trotzig und verwehnt werden? Wenn ein Knecht / Encke / Schirrmeiſter wol mit Pferden / Pflügen / ꝛc. umgehen kan / ſo macht er ſich leicht verwehnt / trotzt und pocht die Herren / darüber hin und wieder viel Klagens iſt. Wenn eine Dienſt-Magd etwas mehr weiß / als eine andere / kan mit Kühen / ſpinnen / nehen / ꝛc. und dergleichen umgehen / ey wie behrt und brüſtet ſie ſich / gibt keinem Menſch im Hauſe ein gut Wort /

Wort / schnautzet und schendelt / und meynet / Herren und Frauen können ihr so wenig entrathen / als der lieben Sonne. Solch übermütig Gesinde / das mit seinen Gaben also pranget / und stoltzieret / versündiget sich schwerlich am Herren und Frauen / wider das 4. Gebot. Add. Stamm. *de serv. person. L. 2. c. 2. n. 10.* ubi ait: servum decet esse subditum & humilem; abstineat igitur à superbiâ. Quò enim se extollet? aut quid miserâ suâ superbiâ efficiet? Nihil aliud, quàm Dominum, & quosque bonos alios sibi adversos, juxta illud Salomonis; *pauperem superbum odit anima mea.* Et hinc Bernhard. *in epist. de cura & regim. domus.* Famulum, *ait*, alti cordis repelle, ut futurum inimicum, & Famulum rixosum, tuisque blandientem moribus evitare cura. Et Virg. *lib. 3. Æneid.*

Stirpis Achilleæ fastus, juvenemq; superbum,
Servitio enixæ tulimus.

CON-

CONCLUSIO XXI.

Peccat Famulus, qui quæ audit & videt in domo, eblaterat & propalat.

PArs eſt fidelitatis, quam Domino Famulus promittere ſolet, ut ſit taciturnus, ut quæ videt, vel audit in domo Domini, taceat, nec divulget. Ex temerariâ namque propalatione eorum, quæ in domo dicuntur aut fiunt, multa incommoda & gravia pericula naſci poſſunt, ut exempla quotidiana docent. Famulus non ſit loquax, ne ei dicatur à Domino: *Garrula pica tace.* Stamm. *de ſervit perſon. L. 2. c. 2.* Peccat igitur Famulus, ſi os ipſius ſit quaſi vas, quod plenum eſt rimarum hac illac diffluens. Audiat ille benè monentem Eccleſiaſticum, qui *c. 19.* ſcribit. Ne iteres verbum nequam, & durum, & non minoraberis. Amico & inimico noli narrare ſenſum

tuum (ſeu, id quod noſti) etſi tibi non eſt delictum, noli denudare. audiet enim te, qui tibi auſcultat, & cuſtodiet, & quaſi defendens peccatum, odiet te. Audiviſti verbum? (in domo Domini) commoriatur in te, fidens, quod non te dirumpit. *Dixiſſe me*, ait Philoſophus ille, *aliquando pœnituit, tacuiſſe nunquam.* Quæ de aliis audiviſti, non revelaveris, ſi modò ſalvâ conſcientiâ tacere poſſis. Oſiand. *ind. c. 19.*

CONCLUSIO XXII.

Peccat Famulus, qui munera, vel Eleemoſynas, quas pauperibus erogare debet, pro ſe retinet.

SPecies furti domeſtici eſt, retinere munera, quæ mandato Domini aliis danda. Vel Eleemoſynarum partem ſibi vindicare. Menger. *Scrut. Conſc. c. 11. q. 134.* ubi ait:

Dienſt-

Dienstboten fragen sich / ob sie ihrer Herren und Frauen Geschencke und Gaben / so sie andern zubringen / zutragen und überreichen sollen / an sich behalten / und unterschlagen / und also den Dürfftigen darum gebracht / und betrogen? Also pflegen offt Herren und Frauen etwas dem Gesinde / Knechten und Dienern zuzustellen / Hochzeit-Geschencke / Paten-Geld / oder andere Gaben / auch Allmosen für die Armen / die behalten solch Diebisch Gesinde an sich / es ist gut mit / denn sie wissen wol / daß es nicht leicht für ihre Herren kommen wird / ob sie es gegeben oder behalten. Sunt etiam famuli & ministri, qui pauperes Eleemosynam petentes, duris verbis ab ædibus repellunt, aut Domino eorum supplicationes offerre recusant, quâ immisericordiâ graviter peccant, ipsique aliquando ex justo Dei judicio, sortem non meliorem expectabunt.

CONCLUSIO XXIII.

Peccat Famulus, qui ante finitum tempus ex famulitio malitiosè discedit.

OBligatur famulus ex contractu locationis, absque probabili causâ ante finem anni, vel temporis conventi, ex famulitio suo non discedere, si id fecerit, peccat contra fidem contractûs, & tenetur vel ad servitium redire vel alium æquè habilem ac probum Domino sistere & arbitrariam pœnam pati. Vid. *Jus Provinciale Bavar. tit. 43. art. 3.* Chur-Pfältzisch Land-Recht *p. 2. tit. 4.* ubi dicitur: Daß solcher Dienstbote solches Muthwillens halben in deß Amts Straffe stehen solle. Tali etiam famulo insalutato Domino auffugienti nulla debetur merces, sed ea per malitiosum suum discessum se prorsus facit indignum. Treutl. *volum. 1,*

lum. 1. D. 29. thes. 6. Bonacossa *de famulo & serv. q. 104.* Escobar. *de ratioc. p. 1. c. 27. n. 19.* ubi addit: Legitimam discessûs causam ex parte famuli non esse, si eum Dominus calore iracundiæ incensus domo suâ exire, & ad eum nunquam reverti jusserit; ex his namque verbis calore iracundiæ prolatis, famulum à servitio promisso liberatum non esse, nisi Dominus ipse evacuatâ iracundiâ in eadem sententiâ perseveraverit. Add. Stamm. *de serv. person. l. 2. cap. 11. n. 4. & seqq.* sed licetne famulo ante tempus è famulitio discedere, si Dominus morosus, dissolutus & asper fuerit? Minimè. *Obedite*, ait Apostolus, *non tantùm Dominis bonis & æquis, sed etiam dyscolis* i. e. duris & iniquis *1. Petr. 2.* Nec objiciat quis, Apostolum ibi non loqui de famulis hodiernis, qui liberi homines sunt, sed de mancipiis & servis, qui olim velut pecudes tractabantur. Resp. enim, cùm famuli

hodiè æquiorem ſervitutẽ ſerviant, eò promtiùs ac liberaliùs Dominis ſervire debere; Cùm verò multi ferè petulantiores ſint, quàm olim ſervi fuère, improbitatis ſuæ eò graviores pœnas dabunt. Oſiand. in *d. l.* Add. Jer. Dyke Tract. *Noſce te ipſum c. 21.* ubi ait: Das ſtoltze und eigenſinnige Geſinde dencket offt / was ſoll ich denen viel treu ſeyn / die unbillich und untreulich mit mir handeln; wie kan ich ſolchen wunderlichen und ſeltzamen Leuten mit unverdroſſenen Willen und guten Hertzen dienen? Aber je ſeltzamer und ungerechter deine Herrſchafft iſt / je getreuer / fleiſſiger / williger und aufrichtiger ſolſt du dich erzeigen / damit du der Belohnung GOttes deſto tröſtlicher in deinem Hertzen verſichert ſeyſt / thue es nur mit einfältigen Hertzen und mit Gottesfurcht GOtt zu gefallen; und wenn du ſchon deiner Herrſchafft nichts recht thun kanſt / und von derſelben übel belohnet und tractiret wirſt / ſo wird dich doch dein HErr im Himmel

dem du in deinem schweren und harten Dienste von Hertzen gedienet / auf dessen Befehl / in dessen Gehorsam du den Menschen gehorchet und gedienet hast / in allen was nicht wider das Gewissen ist / der wird dich gewiß nicht unbelohnet lassen. Es ist gnug / daß dir die Menschen unrecht und zu kurtz thun / dir deinen Lohn so saur machen / und dich darum betriegen. Warum woltest du dich durch Ungehorsam deß Lohns zugleich berauben / den dir GOtt verheissen zu geben? Warum wilt du dir selber zu kurtz und unrecht thun.

CONCLUSIO XXIV.

Peccat famulus, qui tempore pestis, aut morbi contagiosi, Dominum suum deserit.

Cùm superioribus annis in multis Germaniæ provinciis pestis maximè grassaretur, sæpiùs audivimus, famulos ac ancillas Dominos suos deseruisse,

